G eſt reſpectu denominatiōis rei hn̄tis illud perfecte. Et ratio eſt quā aſſignat Boe.in.3.de Philoſophica conſolatione, ꝑfectione, inquit, ſublata, unde aliud imperfectum extiterit ne fingi quidem poteſt. ſola nanq; diminutione ꝑfecti imperfectum eſſe perhibetur, & ꝑꝑ iſtā cauſam dixit Auer. in eodem loco loquens de Deo, ſi Philoſophi poſuerūt quiditatem nudā à ſubiecto, eſt ergo neceſſario à denoīationibus denudata, nō.n.pōt eſſe ſubiectū denoīationū, niſi compoſita fuerit ex natura actus. ergo prima cauſa eſt quiditas abſoluta, & oīa alia entia à p̄dicta quiditate quiditatē hn̄t. unde etiam ſecundū Theologos uerius dicitur Deus quod ſit bonitas q̄ bonus, & ſapientia, q̄ ſapiens, & entitas, q̄ ens, & hoc plerunq; confirmat antiqua Theologia beati Dionyſii in lib.de Diuinis nominibus, & de myſtica Theologia.

Propō. 102 *A priuatione ad habitum impoßibilis eſt regreſſus.*

ALlegata & diuulgata authoritas q̄ ſcribitur ab Ariſ. in Pręedicamentis in ſermone de oppoſitis ueritatē habet de priuatione q̄ priuat potentiā: fallit de priuatione priuante actum. nam uidemus ꝙ ſomnus cū ſit priuatio uigiliæ pōt fieri tranſitus à ſomno ad uigiliam, quia eſt priuans actum uigilandi non potentiam, ſimiliter quis. in tenebris conſtitutus eſt priuatus actu uidendi, & tn̄ adueniente luce tranſit ad uidendum lucem, ſed à cæcitate non poteſt fieri tranſitus ad uidere, quia nedum priuat actū, uerumetiam & potentiam. Fallit etiā propoſitio de priuatione quæ non ineſt ſubiecto mediante forma ſecundū aliquos.

H nam ſi aer nunquā fuiſſet lucidus eſſet tenebroſus, & tn̄ à tenebris poſſet tranſmutari ad lucem, & poſſibile uel impoſſibile materia prima nunquā formā habuiſſet eſſet i hoc caſu priuata forma, & ab illa poſſet trāſmutari ad formā, ſed uera eſt de priuatione q̄ in eſt ſubiecto mediante forma ſicut eſt de morte reſpectu uitæ, & ſicut de cæcitate reſpectu uiſus, à tali.n. priuatione non pōt immediate fieri regreſſus, niſi per lōgas, & uarias traſmutationes, ſed à priuatione primo modo ſumpta immediate poteſt fieri tranſitus ad formam. Habet etiam ueritatē propoſitio de formis quæ ordine quodam habent fieri circa idem ſubiectū, inter quas nō eſt reciprocatio imediate, ſicut eſt de forma uini, & aceti, ut patet.8.Meta.tex.com.14.& de forma uiui, & mortui, & illo modo à priuatione formæ in ipſam formam non poteſt fieri regreſſus. aliæ autem ſunt formæ inter quas nata eſt fieri tranſmutatio mutua, ſicut de albo in nigrum, & de calido in frigidum, & in talibus per naturam poteſt fieri regreſſus à priuatione formæ in ipſam formā, ſicut circa aerem poteſt eſſe uiciſſitudo circa lumen, & tenebras, & in anima uitii, & uirtutis.

Differentia inter naturalia & artificialia.

Aduerte tamen ꝙ differentia eſt inter res natura conſtantes, & inter res factas ab arte. nam in rebus ab arte conſtitutis, quarum forma expōne rerū en̄tium in actu ꝑ contactū reſultat, p̄ſe eſt idem

I numero reparari poſtq̄ fuit diſſolutum, ut eadem numero nauis ex eiſdem tabulis, & clauis reparari poteſt, poſtquam fuit diſſoluta. hoc autem in rebus naturalibus contingere non pōt ſecundū naturam, ut idē numero cōpoſitū poſtq̄ corruptum fuit redeat. unde Ariſt.in.2.de Gn̄atione & cor. tex.cō.ultimi, inquit, quorum quidē igitur in corruptibilis ſubſtantia mota, manifeſtū quoniā, & numero eadē erunt. motus.n.ſequitur quod mouetur: quorū aūt non, ſed corruptibilis, neceſſe ſpecie. numero aūt nō reiterari. ubi Aue. in cō dicit. dicamus ergo ꝙ oīs ſubſtantia indiuidua manens incorruptibilis neceſſario reuertitur ſecundū idē indiuiduū, corruptibilia aūt impl̄e eſt, ut reuertantur niſi ſcd̄m ſpēm, uer.gra. aer gn̄rabiť ab aqua, & aqua ab aere non, qđ indiuiduum illius aquæ corruptæ reuertatur per ſe, quanuis materia eſſet eadē, & agens idem, qm̄ ſi idem agens ex eadem materia faceret lateres, & poſtea corrumpereť, ut faceret alios poſterius, manifeſtum eſt ꝙ differt primum à p̄cedentibus.

Contra ponentes idem numero naturaliter redire.

Et ex illo loco patet non recte ſentire illos, qui ponunt naturaliter aliqua eadem numero redire poſſe ex corruptibilibus. dicunt.n. materia exiſtente eadē, & agēte eodem effectus erit idem propter authoritatē Ph̄i in.8. Meta.tex.cō.11.&.12. ubi non aſſignat diuerſitatē effectus, niſi ꝑꝑ diuerſitatem efficientis, uel materiæ, ſed poſſibile

K eſt idē efficiens eſſe, & eandē materiam reſpectu ſecundo producti quæ erant reſpectu primo producti, ergo poſſibile eſt ſecūdo productum eſſe idem cum primo producto.

Rōnes corū.

Minor probatur, quia ſi frequenter in corruptione fiat diſperſio, uel diuiſio materiæ, tamen p̄ſe eſt oppoſitū in multis caſibus, puta ſi includatur ignis intra urinale, & ibi corrumpatur i aerem, deinde ex illo aere generetur ignis per reflexionē radiorū ſolarium, uel aliter materia incluſa erit eadem cōſimiliter, ſi ex ſolido generatur ſolidum, ubi p̄ciſe forma geniti pōt ſequi formam corrupti: ſequitur ꝙ qua rōne tota materia præfuit ſub forma corrupti, pari ratione tota materia ſuberit ſub forma generandi. Et eſt ratio Ricardi, & opio quam etiam inſequitur Scotus in.4.Sen.diſt. 43.q.3. qua quærit utrum Natura poſſit eſſe cauſa actiua reſurrectionis.

Impugnatio

Sed manifeſte patet per prædictā Auer. authoritatem ꝙ ratio illa peccat per fallaciam cōſequentis, quia ad identitatem numeralem effectus reparandi non ſufficit identitas, materiæ, & identitas agentis. uerū etiam requiriť identitas potentiæ, ſicut ipſe fatetur in.12.Meta.cō.11. ubi dicit ſi materia fuerit una, & generans unū, & potentia una, tunc illud quod fit erit unum. ſubiectum.n. cum fuerit unū, & potentia exiſtens in eo fuerit una, & agens unum, tunc nulla erit cauſa multitudinis: modo ad præteritum, & corruptum non eſt potentia, unde Ariſt.in.6.Ethi.cap.6. approbat dictum Agathonis aſſerentis hoc ſolum priuatum eſſe Deum ingenita facere quæ facta ſunt.

L Non eſt igitur ſic in corruptione ſubſtantiali indiuiduorum à natura factorum, ſicut eſt in aliquibus factis per artē. ubi diſſolutio fit in aliqua actu exiſtentia, & eorum forma nihil aliud eſt niſi compoſitio rerum quæ erant diuiſæ, nam compoſitum ex materia, & forma licet diuidatur in duo ſcd̄m rōnem, uidelicet in materiam & formam, quæ forma eſt aliud ſcd̄m rationē à materia, q̄a alia eſt utriuſq; diffō nō tn̄ diuidi poteſt ſcd̄m naturam in duo in actu, quia in corruptione ſubſtantiali in corrupto compoſita forma corrumpitur, & materia induit aliam formam. ſeparatio.n. formæ à materia, eſt corruptio eius, loquendo de formis conſtitutis in eſſe ꝑ ſubiectū. ita notabiliter dicit Auer.7. Primæ ph̄ię.cō.27. ubi ſuper uerbis Ariſt.in tex. dicentis. Oportebit ſemper diuiſibile eſſe quod fit, & eſſe hoc quidem hoc, & hoc hoc, inquit, neceſſe eſt ut omne gn̄atū ſit diuiſibile in duas partes ratione, nō actu, in materiam.ſ.& in formam.&.3.Cœli & mun.cō.31. ſcribit, ponens documentum circa diffōnem elementi ibi poſitam, q̄ erat de elemento corporeoq; dicit. Si itaq; elementum corporum ad quod alia corpora diuidūtur intus exn̄s potentia aut actu, hoc.n. utro modo ſe habet dubitabile, ipſum aūt in diuiſibile: eſt in altera ſpē. Dicit, & debes ſcire quod hæc elementa de quibus perſcrutatur, ſunt alia ab ul̄ibus de quibus perſcrutatus fuit in.1.Phy. illic.n. de

M clarauit elementa ul̄a corporum ſimplicium, & compoſitorum.ſ. primam materiam, & formam. Hic aūt declarare intendit elementa corporum compoſitorum tm̄, quæ ęquiuoce dicuntur elementa cum illis, qm̄ cum compoſitū diuiditur non eſtiſtunt in actu. forma.n. corrumpitur & materia induit aliam formam.

Obiectio.

Sed tunc ex hac dr̄ia inter elamenta ul̄ia q̄ ſunt pr̄ia mā, & forma q̄ nō ſunt corpora, & el̄nta q̄ ſunt corꝑa poſita ꝑ Aue. inſurgit dubitatio, q̄a dicā ꝙ licet in corruptione ſubſtantiali alicuius indiuidui cōpoſiti ex illis primis elementis quæ ſunt incorporea, puta dū aer corrumpitur non poſſit idem numero per naturam reſtitui, q̄a non diſſoluitur in elementa remanentia in actu, quia fōra corrūpitur & materra induit aliam formam, tn̄ dicam ꝙ in corruptione mixti quod diſſoluitur in quatuor elementa quæ ſunt actu, uidetur ꝙ iſtud poteſt idem numero reparari, quia poſſibile eſt ꝙ remaneat idē agens quod uniuit illa ad mixtionem, & eſt eadem materia, quia elements ſunt materia mixtorum corpor℞, ut clarum eſt.

Solutio.

Ad hoc rn̄detur ꝙ ſi mixtio nihil aliud eſſet niſi iuxta poſitio miſcibilium, caſus poſ̄is eſſet. Sed iſta opio fuit reprobata per Ariſto. in fine primi libri de Gn̄one & corru. in tex.cō.86. non enim inquit, compoſito, & mixtio idem, nam tunc non quælibet

pars